INNOCENTIUS III. PAPA · IOHANNES DE LIGNANO · MISCELLANEA
Salzburg (?), 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et consilio matris Rebecce seruiuit laban ut Rachel et Lyam duceret
in coniugium

De tunica

Tunica poderis que iacinctini coloris erat in veteri sacerdocio tinti-
nabulis et malis punicis ab inferiori parte dependentibus ut po-
tifex totus vocalis incederet. celestem Christi doctrinam significat cuius notitiam
habuerunt omnes quibus per prophetam dicitur In montem excelsum ascende
tu qui evangelizas Syon. Propterea enim hanc tunicam habet evangelice
textrix doctrine sapientia dei Christus Ihesus et dicit illa apostolis suis. Omnia que
audivi a patre meo nota feci vobis. Hanc ergo significavit illa
tunica domini quam milites scindere noluerunt eo quod esset inconsutilis desuper
contexta per totum. Dampnum vero maximum estimantur qui doctrinam evan-
gelicam heresibus scindere moliuntur.

De dalmatica

Super hanc tunicam pontifex vestit dalmaticam que sui forma latam
et largam misericordiam Christi significat qua ipse pre ceteris et docuit et impleuit.
Estote inquit misericordes sicut et pater vester misericors est. Illi namque in
secundis qui ipsi misericordiam consequentur. Iudicium vero sine misericordia fiet ei qui
non fecerit misericordiam. Eterna misericordia superexaltat iudicium. Et dimittite et
dimittetur vobis. Sic inquit orabitis. Dimitte nobis debita nostra sicut et
nos di. d. n. Hic est ille Samaritanus id est proximus meus qui fecit nobiscum misericordiam
qui superfudit vulneribus nostris vinum et oleum. Illa per viscera misericordie
dei nostri visitavit nos oriens ex alto. qui non ex operibus iustitie que fe-
cimus nos sed secundum suam misericordiam nos salvos fecit. Qui pro peccatoribus venit ut
et peccatis veniam indulgeret. Misericordiam inquit volo et non sacrificium.

De Cirotecis

Cirotece sunt Ebreorum pellicule quas manibus
Iacob Rebecca circumdedit ut pilose manus similitudinem maioris
exprimerent. Pelles hedi similitudo peccati quam Rebecca mater idest Sancti
Spiritus gratia manibus veri Iacob idest operibus Christi circumdedit ut simi-
litudine maioris id est prioris Ade [illegible] exprimeret. Christus in similitudinem
peccati sine peccato suscepit ut ita maioris misterium dyabolo celaretur.
Illa ad similitudinem peccatorum esuriuit et sitiuit doluit et expauit
dormivit et laboravit. Unde cum ieiunasset xl diebus et xl noctibus
ac postea esurisset accedens ad eum dyabolus cum ad similitudinem
prioris Ade temptare temptans qui primum vicerat eisdem modis victus
est a secundo.

De planeta

Casula magni sacerdotis est vinculum caritatis de qua dicit apostolus
Quotquot in Christo baptizati estis Christum induistis. Hoc est illud Aaron
vestimentum in cuius horam descendit unguentum quod a capite descendit
in barbam et a barba descendit in horam. De plenitu-
dine spiritus eius nos omnes accepimus primum apostoli et post modum ceteri

10